Incidit in manus meas An̄o 1717. m. Aug. Volumen quod de Scriptis transmiserat huic Laur. Rhodomanus olim Marco Gerstenbergio I.U.D. et ~~Aulae~~ Com. Honstein. Cancell. Elegans illud complectebatur ipsius Ilfeldam Hercynicam ap. Wech. 1581. Historiam Eccles. Dei ap. Wechel. et Λουθηρον. Ursell. 1579. et Homerum denique confutatum à Dione Chrysost. Rost. 1585. Inscripserat hoc Volumen manu propria dicto Gerstenbergio et. Cumque non contemnendos adiecerit versiculos, ut forte seruem ab interitu eos, cum in illos Abr. Scheibneri Politatis Gen. inciderent, ista illumen manus, hue altinere eos constitui. Ita a. in nostro res [illegible] sese habebat, seruata Orthographia

Magnifico Viro, Eloquentia,
Virtute, doctrina, et Legum
divin. human.q. Cognitione
praestanti. Dn. MARCO GER
STENBERGIO, J. U. doctori,
et Aulae HONstein.
Cancell. dignissimo
domino et
patrono
venerando
M. LAURENT. RHODOMAN S. P. D.
†

Si vacat, Historiam veteris cognosce DIONIS,
Magne Vir, in cuius Lex sedet alma sinu.
Non protrita canit, studijs non absona vestris:
Vestra quis historiae iura decere neget?
Dardaniae memorat bellum: nugator Homerus
Sit quantus multa sed ratione docet:
Hactenus est raptor Paris, est et adultera Leda
Nata, torum linquit dum Menelae tuum.
Hector magnanimi telo confossus Achillis
Occubat: Argivo Pergama marte ruunt.
Nunc Helenen sponsam (. solertia tanta DIONIS.)
In thalamum licito ducit amore Paris.
Hectoris Aeacides manib. succumbit, et illi
Urbs manet: amissa Graecia pube fugit.
Argumenta rogas quibus hoc persuadeat Auctor
Inspice, et in sectis sat, puto, certus eris.
Elysii lucus si forte relinquat Homerus
Vix hac Calliopes credo refellet ope.
Hunc ego sermoni quem pallia Graeca tegebant
Antea, Romanam sedulus addo togam.
Notus adhuc paucis, multis ut posmodo notus
Prodeat, et tersi praeferat ore decus.
Et quamvis parvum mea nunc reverentia munus
Augusti COMITIS iussit adire lares.
Sed quis

Sed quis deducet? quis erit Patronus? in Aulis
Cuncta licet placeant, carmina rara placent.
Nostra tamen studijs non est aliena, sed Artes
Excepturus miti fertque fovetque sinu.
Non igitur dubito, quin munera nostra benigne
Accipiat, modo Tu fautor adesse velis.
Sed dulcem posthac ne detrectare laborem
Efficit in Musas officiosus amor.
Ergo mihi dextram nunc porrige, porrige Musae
Ne cadat: argutos nos, precor, ore leva.
Non inhiat nummis, non splendida fercula captat.
Ingenii varias non volo iactet opes.
Exhibitis pridem mentis has reddere grates
Gymnasiumque cupit sic decorare suum.
Si placet officium DOMINO, ceptumque favorem
Si retinet, fruitur si schola nostra, sat est.

V Sextil. Natali m. 40.
Anno Christi
CIϽ IϽ XXCV.

Huc usque manus Rhodomani.

Errata L. Rhodom. in Homero confutato manu sua correxit hic notare ~~[illegible]~~ volui. Pag. 6. edit. Rost. de A. 1585. lin. 14. θυμον. l. 15. Αὐλαῖ. P.12. l. 7. ὡς σκηπτροις ὑπὸ σοφοῖσιν ἐμῆς. P. 16. lin. antepen. 36. deleta quae hunc sequuntur l. 17 lin. 14. θυμον. l. 15. Αὐλαῖ. 36. resece ἀπὸ. Vel ita redde. P.24. l. 5. ὁ ψευδομένου. l. pen. 4. ἔφη. P. 30. l. 1. τῇ φωνῇ μεγα voce, legit tum. 36. P.32. l.16. 10. P.37. l. ult. μοναλληθῆ. P.46. l.14. συνακάρου αὐτῆς. l. ult. μενελ. λεν. l. antep. ἔμελλεν τον. l. ult. πανδοδαπα. P.58. l.9. [illegible] ἐπεγηνς. l.12. τῶν ἀχαιῶν ἑλεῖν. P.59. l.2. [illegible] l. ead. οὐχ. P.65. l.15. ὅ τε δὲ ἀπο φ. P.68. l. P.69. l.9. γαμηθῆναι τινι. P.73. l.6. οὐδὲ νικῶντας τοὺς ἡττηθ. P.78. l.7. διαλῦσαι. l.19. 30. P.81. l.9. ἐξαπατ. P.83. l.20. σκυλευσα. antep. προσεχόντων.